

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. II. Vtrüm ad cognoscenda objecta indigeat Angelus speciebus
impreßis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

DISPUTATIO LXXIV.

De potentia cognoscitiva & speciebus Angelorum.

SECTIO PRIMA.

Inquiruntur quædam circa intellectum Angelicum.

I.
Circa distinctionem potentiarum ab Angelo, & anima, distin-
tum est in Philosophia.

II.
Angelum quidam dicunt esse suum intellectum.

III.
Angelus non est sua intellectio.

Efficax hu-
ius rei pro-
positio.

IV.
Si Angelus est sua intellectio, fa-
ctus esentia-
liter beatus.

V.
Angelus non est sua voli-
tio; ergo nec sua intellectio.

Ostenditur actus voli-
tatis in An-
gelo realiter
ab eius sub-
stantia di-
singui.

ESTE h̄c disputant aliqui, utrum potencia intellectiva & volitiva Angelis distinguantur realiter ab illius substantia: sed hanc questionem latè tractavi in libris de anima Disp. 12.

eadem enim ratio quod hoc est de Angelo, & anima rationali. Ex illo ergo loco suppono potentias hæc ab Angeli substantia esse indistinctas.

Vitandum nihilominus aliud extrellum, Averrois nimirum, & aliorum quorundam ex antiquis Philosophis, qui licet in anima rationali dicant intellectuonem esse aliquid ab ea distinctum, de intelligentiis nihilominus affirmant intellectuonem actualiæ ab eorum substantia non distingui.

Contrarium tamen docent Theologi omnes cum S. Thoma q. 54. art. 1. & 2. estque communis sententia Sanctorum Patrum, quos latè refert Suarez, hic, lib. 2. cap. 1. Probatur vero, quia multa intelligit Angelus, quæ ante non intelligebat, nec, si cognitionem sui ipsius excipias, ullam penè rem ita necessariò cognoscit, ut ab illius actuali intellectuonē cessare per intervalla non possit, ergo actualis intellectio est aliquid ab Angelis distinctum, nisi quis h̄c ponere velit mysterium actus liberi Dei, quod tamen in creaturis non est admittendum; imo nec in ipso Deo nisi cogret necessitas.

Confirmatur primò: Angelii enim futura non cognoscunt necessariò, nec secreta cordium. Confirmatur secundò: Fide siquidem constat Angelos, actus aliquos intellectus, ut visionem beatificam à Deo gratis accipere, ergo non sunt illorum esentialia; si enim quæ esentialiter essent beati, ac sunt substantia spirituales, posito quod existant, hoc tamen certum est esse omnino falsum.

Confirmatur tertio: multis namque actus voluntatis habet Angelus, tum naturales, tum supernaturales, non secum identificatos, ergo & actus intellectus: consequentia constat à paritate rationis; antecedens quod actus supernaturales patet in variis actibus virtutum, quos non habet secum identificatos, tum quia non semper in eo, nec necessariò existunt, tum quia nihil supernaturale identificari potest cum naturali. De actibus etiam naturalibus probatur, multa enim peccata in inferno committunt dæmones, qua tamen non sunt ipsorum substantia, sic enim necessariò peccarent, siquidem necessariò existunt, cum non sit in eorum potestate non existere: imo essent ipsum peccatum. Utrum autem actus tum intellectus tum voluntatis in Angelo distinguantur ab illius substantia tanquam modus à re, vel tanquam una res ab aliâ, idem dicendum quod de actibus animaliæ rationaliæ dixi in libris de anima.

De intellectu Angelico, ejusque distinctione, specificatione, unitate & objecto fuisse disputat Suarez h̄c, lib. 2. cap. 2. Vsq. tom. i. in 1. partem disp. 7. num. præcipue 12. Hurtado disp. 5. de sa objecta, anima. Illud probabile videtur, intellectus Angelorum non distinguunt penes diversa objecta, cum omnes secundum probabilem sententiam ad eadem objecta extendantur, sed differunt per diversum in illa tendendi modum, sicut in intellectu & voluntate contingit, quæ eadem semper recipiunt objecta.

Differunt ergo specie intellectus Angelici, quod in eadem objecta tendant per actus specie distinctiones: hi vero actus ab aliis actibus distinguuntur scilicet, esto eadem interdum objecta representent, diversa tamen claritate, non tantum species graduali, quam substanciali; sicut varia qualitates substancialiter sunt diversæ, ut secundum multos lux in sole, & corporibus beatorum. Addo mihi probabile videri, non omnia æqualiter objecta respicere singulos intellectus Angelicos, sed quod perfectiores sunt, eò petere ad plura objecta extendi, ita ut, quamvis non determinantur fortassis ad hæc objecta potius quam ad illa, numerus tamen objectorum sit determinatus, ita ut ad plura naturaliter extendi nequeant, de quo postea forte recessit sermo.

SECTIO SECUNDA.

Vtrum ad cognoscenda objecta indigat Angelus speciebus impressis.

QUARI h̄c primò solet utrum Angelus egat concursum objecti, vel alicujus locum illius supplementis, ut res intelligat. Resp. breviter, contra Durandum, Gabricalem, & alios nonnullos universim negantes species, & Altisidorensem, teligida in quæ licet homini species impressas tam sensitivas, quam intelligibiles concedat, negat nihilominus eas Angelis, quod etiam docere videtur Vásquez: Resp. inquam, Angelum ad cognoscendum plurima objecta indigat species intelligibilis: ita S. Thomas h̄c q. 55. art. 2. quem sequuntur Thomista, Capreolus, Cajetanus, Ferrara, & alii. Tener etiam S. Bonaventura, Scotus in 2. disp. 3. q. 10. Halensis, & alii, Suarez, hic, lib. 2. de Angelis cap. 3. num. 6. estque communis hodiæ Theologorum sententia. Dixi ad intelligendum plurima objecta, utrum enim ad omnia omnino objecta cognoscenda Angelus indigat species, videbimus postea.

Imprimis itaque ad præterita & futura representanda necessariae videntur species; cum enim præterita & intellectus Angelii ad hac vel illa objecta cognoscenda sit indifferens, & nunc hac cognoscat nunc illa, aliquod habere debet determinativum, nullum autem

autem aliud assignari potest præter species; obiectum siquidem in hoc casu existens nullum est, ac proinde physicè ad cognitionem (quod in omni cognitione creata obiecti munus est) nequit per se concurrens, cùm, ut supponimus, nullum existat. Quòd autem hoc sit munus obiecti, est communis philosophorum doctrina, probaturque ex

S. Augustino lib. 9. de Trin. cap. 12. ubi, *Liquidō*,

Ex obiecto & potentia paritur notitia.

Ex ratione imaginis ostenditur requirentia speciei.

III.

Pro obiectis etiam existentibus, que sive ab Angelo distant, necessario requiruntur Iherosolimam.

IV.

Sola obiecti existentia non sufficit, sine circuitu physico.

Nec etiam sufficiunt species informe inter Angeli intellectu.

Quomodo habentes existentur.

V. Sola etiam cognitio rerum in substantia Angelii, non sufficit ad eas cognoscendas intuitu.

inquit, *tenendum est quod omnis res quancunque cognoscimus, congenerat in nobis notitiam sui, ab utroque enim notitia paritur, cognoscere & cognoscere. Quæ voces aperte indicant concursum physicum: ex quo ortum habui dictum illud, Ex obiecto & potentia paritur notitia. Deinde juxta philosophos, cognitione est imago obiecti, ratio autem imaginis requirit concursum effectivum respectu illius, cuius est imago; quam ob causam licet filius in divinis, ut in materia Trinitatis vidimus, æquæ referat Spiritum Sanctum, ac Patrem, docent tamen Theologi cum non esse imaginem Spiritus Sancti, sed solus Pater, quia à Patre solo, non à Spiritu Sancto procedit.*

Quod etiam argumentum probat de obiectis existentibus; multa enim saepe distant ab Angelo, sive in ipsius intellectum agere non possunt. Nec dici potest quod affirmat Gabriel, dari scilicet actionem in distans; hoc enim primo repugnat vera philosophia, deinde incredibile videtur arenulam exiguum posse agere in Angelum, in celo empyreo existentem, in dico contra omnem experientiam, cùm videamus stellas etiam maximas vix agere in oculum. Quid autem dicendum sit de obiectis quibuscumque intimè Angelo presentibus, dicitur secundum sequente.

Hinc ergo confidetur, necessarias in intellectu Angelico esse species intelligibiles ad res plurimas intelligendas. Quare non sufficit id quod affirmanit aliqui, obiecta quidem existentia requiri, sed solum sicut requiritur terminus respectu relationis: hoc, inquam, non sufficit ob rationes jam dictas, quæ probant requiri concursum physicum ad actum cognitionis, vel ab obiecto ipso procedentem, vel ejus species vicaria. Neque etiam sufficit speciem solum informare intellectum: primò quia tunc quis omnia intelligeret quorum habet species: deinde experientia constat, & fatentur omnes in illis potentibus,phantasiæ exempli gratia, nunc has excitari species, nunc illas, ergo alius esse debet earum concursus quam mera informatio. Deinde non excitantur species ad informandum, cùm antea informarentur, ergo excitantur ad concurrentem physicæ solum cum potentia ad actum phantasie elicendum. Excitantur verò hæc species intelligibiles, ut ipsæ operentur potius quam aliæ, excitantur inquam, vel ex occasione aliorum objectorum, vel à voluntate Angelii: de quo & aliis per se fatis implexis circa naturam specierum, fusæ disputari solet in philosophiâ.

Dices: potest Angelus res quavis cognoscere in suâ substantiâ, tanquam in medio cognito, ergo nullus indiget speciebus: patet consequentia, suam namque substantiam, utpote sibi semper praesentem cognoscere sine specie, ergo & aliâ, cùm in eâ represententur. Respondetur, esto Angelus cognitâ suâ essentiâ cognoscere consequenter proprietates suas & actus atque effectus possibilis, ob necessariam cum iis connexionem, & inde etiam forte dirigendi ad res alias discurrendo possit, & earum naturam abstractivè cognoscere, eget nihilominus speciebus, ad res illas claræ, & in proprio genere cognoscendas.

SECTIO TERTIA.

De productione specierum.

PRÆCIPUA hæc difficultas est, à quo species **I.** *Angeli intelligibiles, producantur. Communis sententia est Angelos eas nec recipere ab obiectis, nec in se producere, neque abstrahere à rebus materialibus, sed à Deo infusa accipere: ita S. Thomas hic q. 55. art. 2. & 2. contra Gentes, cap. 96. quem sequitur Cajetanus, Ferrara, & alii Thomistæ, Suarez lib. 2. cap. 6. Arrubal, Vásquez, Tannerus, & alii. Primum, quod scilicet eas *eas à Deo* ab obiectis non recipient, jam probatum est, cùm producuntur, *objecta distent sapientia, sapientia non existant. Secundum, quod scilicet eas in se non producuntur, nec abstrahunt ab obiectis, probatur, producuntur siquidem specierum est proprium munus objectorum, ubi eas possunt producere, ubi verò non possunt spe-* *Angelus si possit producere species, posset etiam species obiectibus producere.**

ctat ad Deum tanquam ad causam primam ut eas producuntur, & caularum secundarum defectus suppletat, ut in aliis rebus facere solet. Confirmatur, si namque Angelus per se & adæquatè posset species objectorum producere, posset similiter sine specie actus circa obiecta illa exercere, nec enim difficultas est obiecti vices in uno supplere, quam in alio.

Quod si quis objiciat, animam species intelligibiles obiectorum, concurrente simul phantasmati, in se producere, & hoc modo ab obiectis abstrahere. Responderi solet animam, non id facere, nisi excitatam à phantasmati à quo prius informatatur. Adversari autem volunt Angelum per se difficeret, & adæquatè, nullo precedente actu, species, etiam intuitivas & claras rerum immediatè abstrahere: si verò solum contendant Angelum per aliquem alium actum species abstractivas nonnullarum rerum acquirere, posset fortasse, inquietum admitti.

Dices: si Deus producat species intelligibiles in Angelis, ergo carere possent omni species, quod Licet Deus tamen videtur inconveniens. Distinguendo consequens: possent carere omni species supernaturaliter, ducat, non si nimur Deus uti vellet potentia suâ absolutâ, possunt tandem concedo consequentiam, nec in hoc quidquam est men naturali incommodi: sicut hoc modo orbari potest sollece, raliter omni ignis calore, materia omni formâ &c. Nego tamen posse Angelos omni species naturaliter, & sine miraculo carere, cùm enim sint partes Universi, imò principia & intellectuales, debetur ipsis cognitione multarum rerum, saltem quæ ad hoc Universum in quo sunt, pertinent, & consequenter debent similiter iis instrumenta ad cognitionem illam acquirendam requisita.

Hæc est communis sententia: Scotus tamen in **II.** *2. disp. 3. q. 11. ait Angelus species in particulari affirmant ab ipsis obiectis recipere, licet concedat species aliqui Angelorum propter illi ab initio concreatas. ab obiectis Idem sentit Durandus, Gabriel, Hohenfis, Major, recipere. & alii. Nec ab hoc multum discrepat Molina q. 55. art. 2. disp. 2. Eandem etiam sententiam insinuat Arriaga disp. 4. de anima num. 88. P. Grañado verò tract. 3. de Angelis disp. 3. num. 6. vult species intelligibiles ab essentiâ Angelii, tanquam proprias illius passiones, dimanare, quod etiam tenet Valentia q. 6. puncto 3. Idem docet Cajetanus, & alii. Vásquez etiam hæc, Disp. 201. cap. 3. excludat rem valde esse incertam, utrum scilicet à Deo*